

Ecclesiæ Sæculis, testante Apostolo ad Roman. Cap. XII. v. 12. erant utique Fideles *in tribulatione patientes*, sed simul *spe gaudentes*, quia vicinum spectabant, & spe præoccupabant præmium, a Deo persequitionem propter iustitiam patientibus paratum: Sed quando post tot Sæcula, ut Burnetus contendit, nondum ulla merces iis redditâ est, atque insuper reddende tempus in immensum trahi potest: quis jam in atrocissima tormenta, ipsamque in mortem pro vita beata in Cœlis adipiscenda lubens & gaudens incurrit? *Spes*, que differtur, affligit animam, Proverbior. XIII. 12. Quanto plus autem illa affligat & exanimet, quæ in tot Sæcula, atque adeo in immanes moras protrahitur ullo sine fructu, totque alia Sæcula obstat sibi posse intelligit? Ad hæc, ubi quempiam in calamitatibus solari velis, aut ubi morituris Fidelibus ingeminæ spem cœlestis Beatitudinis, statim, vel propediem consequendæ: quicumque apnl Britannos Burneti deliramenta accepere, ii certe se ludibrio haberi inclamabant. Istud sui dogmatis incommodum sensit & ipse Burnetus, ac prepterea pag. 40. nulla censura dignos edieit, si qui sine omni ste lueri corsuletur moribundos, animisque velut ad Cœlum corselstis abiutros. *O* ad supra gaudia. Exeunt e carcere in libertatem; *O* que ex pio affectu dicuntur ad minuendum mortis metum, non sunt explicanda cum rigore, instar articulorum Fidei. Sed apertissime conterravis suis illudit Burnetus. Non e carcere in libertatem, sed quidem e libertate in carcerem morientes illius doctrina educit. Nam quo loco sit, & quanta possit, quibusve fruatur Anima, dum conjuncta cum Corpore in Mundo dedit, novunt omnes. Soluta a Corpore ea a Burneto detruditur in compedes, in carcerem, tum a cœlesti Regno exilasa, tum visibilis hujus Mundi penitus oblita, quod nihil scilicet, ut ille ait, operetur aut efficiat in Mundum corporeum, nec ab eodem quomodocumque afficiatur. Præterea gravi censura is dignus, quando censua illos absolvit, qui perstasum habentes, Christianorum neminem, quantcumque iustitia polleat; posse ante supremi Judicii diem in Cœlorum gloriam penetrare, nihil secius spem eis faciunt immensi illius præmii statim a morte acquirendi, hoc est, aperto mendacio Populum in re tanti momenti fallant, & fallere non erubescunt. Quænam, bone Deus, hæc Theologia? & qualis hujusmodi Religio? Rideant profecto impii atque increduli, quos minime desiderari in Britannia novimus, quam ludibria ejusmodi audiunt, gravissime vero dolent, quicumque ibi Christo revera credunt; ac tanti momenti mendacia in Anglicana Religione uti legitima venditari animadverunt.

Ad Improborum postea timorem ac poenas quod attinet, in sancta Christi Religione tantopere depraedicas, habent sane Injusti, unde Burneto plurimum se debere fateantur. Utcumque is in lignine nos moneat, nullum si verbum faciendum de malorum ac misericordium statu post mortem: ita tamen orationem deinde suam struit, ut luculentissime significet, sibi persuasum, Impiorum quoque & Pec-